Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

plus durant quam tube uetis
testamenti. atq; altius resonant.
Ora predicatorum nostrorum
durabunt usq; in finem. & audi
tur longe sonus eorum usq; in
fines terre. Tempore iudeorũ
notus tantum in iudea deserat.
at nunc in omni terra. Vas me
talli est. ora significat predica
torum. ferrum interius linguam
eorum. Per funem intelligimus
uite nre mensuram. Vnde dicit
paulus. Sed ipsi in nobis nos mẽ
ipsos metientes & comparantes.
funis qui habet in tribus aligno.
scriptuam sacram significat no
ui testamenti descendentem a
ligno dominice crucis. Quod
tamen lignum a superioribus
continetur. quia dinica crux
a prophetis & antiquis patribus
continetur. Qui funis usq; ad
manus sacerdotis pertransit.
Et enim scriptura ad opera sacer
dotum transire debet. Ve qua
dicit gregorius in libro de custi
tio templi. Quisquis hanc legit
in ea semetipsum metitur. uel
quantum in spirituali uirtute
proficit. uel quantum a bonis
que precepta sunt longe disunc
tus remansit. quantum iam
resurgat ad bona facienda. qn
tum adhuc in pravis prostra
tus iaceat. Hec uerba notissima
valde congruunt opoprvq
signa mouet. Quando funem
sequitur. sursum id agit. ut
in se ipso recoguet quantũ ad
bona opera sit erectus. Quando
se orsum trahit. id considerat.
quantum adhuc iaceat in pra
uis. Vinculum quo plectrum
ligatur. uasi. quedam modera
tio est. que sert ad tempus mo
nere plectrum linguę. ut labi
a feriantur. Vinculum adtrac
tum funis mouet plectrum.
quando modestia adauctoritta
tem sacre scripture linguam
predicatoris mouet. De situ
ecclesię.

Ecclesia est conuocatus
populus per ministros
ecclesie. a eo qui facit unani
mes habitare in domo. Ipsa do
mus uocatur ecclesia. quia ec
clesiam continet. Ipsa uocatur
kyryca. quod est dominicalis.
kyryos enim greece latine dns. ac
ideo kyrycha dominicalis ip
sa uidetur. Basilica id est re

137